Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25878
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Item Gelasii pape Palladio episcopo. Precepta canonum quibus ecclesiastica regitur disciplina
sicut non paciuntur uenire ad sacerdotium debiles corpore. ita si quis in eo fuerit constitutus.
ac tunc fuerit sauciatus amittere non potest quod tempore sue sinceritatis accepit. Stepha
nus siquidem presbiter pectorio defleuit nobis oblato quod habetur in subditis olim sibi
et ante annos plurimos collatam presbiterii dignitatem. quam reuera inmaculati
corporis indicio suscepisset. Sed nuper propter prouincie uastitatem quam tuscie
temporibus prouinciis barbarorum diuersa sectantium. et ambiguitas inuexit ani
morum dum imminentes gladios euadere fuge presidio niteretur acutis sudibus
occurrentia super septa transiliens. inferiores partes corporis inseruisse suggessit
que uix adhibita curatione biennio potuisset abstergi. Et ideo fiat karissime
supradicto locum suum dignitatemque restitue. quatenus sacra sancta mysteria sicut consue
uit exerceat. Nec enim conuenit ob hoc auferri ante susceptum ordinem in quo
per hunc modum inualitudinem corporis casu probatur faciente prolapsus. § Hec autem
non de omnibus membris intelligendum est. Qui enim oculum casu amiserit. licet desit
uoluntas. tamen sacerdotium adipisci non potest. Unde Pelagius scribit Rufino episcopo.

Non sunt prestanda iura sacerdotii cui oculus erutus est.

C. Nam illi cui erutus est oculus non possunt iuxta canones sacerdotii iura concedi. Neque enim
aliquid ei prodest quod oculum inuitus amisit. cum nec uolens quisquam amisisse oculum
credendus est. Nec sacratissimos canones aliquem casum in amissione oculi ei quo ad sacer
dotium adipiscendum non impediret. suis excepisse regulis inuenimus. sed hoc tantum
S. d. xlvii. Cap. i. in ad prohibitionem fecisse uidemus. ut qui caret oculo. sacerdotii officium adipisci non
possit. Sed nec illi ulla tamen quasi in compensatione iniurie sacratus ordo concedi
poterit. qui ad tantam sacerdotem proprium potuit iracundiam prouocare. ut et ille of
ficium in quo erat amitteret. et iste preceptus sui poderet facultatem. § Presbiterorum filii
.D. L. VI. ad sacra officia non sunt admittendi. Unde Urbanus papa scedis att. Filii presbiterorum a sacris

Presbiterorum filios a sacris ministeriis remouemus. ordinibus remouentur:

C. Sed hoc intelligendum est de illis qui paterne incontinentie imitatores fuerint.
Uerum si morum honestas eos commendabiles fecerit. exemplis et auctoritate non
solum sacerdotes sed etiam summi sacerdotes fieri possunt. Felix enim tercius natione ro
manus ex patre Felice presbitero fuit. Item Gelasius natione afer: ex patre Ualerio episcopo na
tus est. Item Agapitus natione romanus. ex patre Gordiano presbitero originem duxit. quam
plures etiam alii inueniuntur qui de sacerdotibus nati apostolice sedi prefuerunt.

ad: Item Theodorus papa. filius Theodori episcopi. de ciuitate Ierosolima fuit.

i. lateris infra hic canonem positus.

Si euangelica admonitio iracundiam nec usque ad uerbum furentem prosili
re permittit. ne si racha fratri suo
quis dixerit reus sit gehenne ignis.
qualiter putamus pena plectendus est.
qui non solum pugno impie percussit
in leuitico hominem ministerio ser
uientem. sed quasi non sufficeret ad redemptionem
manus. ita instigante se diabolo
raptus ad iracundiam est ut fuste non
solum percuteret. sed etiam erueret ocu
lum fratris. Et quis huiusmodi ex
cessus grauiori esset pena plecten
dus. bene tamen fraternitas tua fecit ab
officio eum presbiterii remouere. hoc
tamen sollicitudinis tue sit ut lo
cum penitentie constituas et in ali
quo eum monasterio retrudas. laica
tamen communione sit concessa. In loco
autem illius alium te necesse est ordi
nare presbiterum. C.